

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice
Methodum compendiariam reformationis Ecclesiasticæ à Concilio
Tridentino factæ continente

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

§. 1. De Principiis Justitiæ in genere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](#)

De Principiis generalibus
ximum tuum, sicut te ipsum, si non ad bonum, quod ipse te adducis.

Deducitur 2. Quemvis obligari ad bona sua Protinum
in gravi necessitate constituto communicanda; nam, ut legibus
Gregorius recte dixit in hom. quadam, minus Proximum
mare convincitur, qui non cum eo in necessitate, illius ei
ea, quae sibi necessaria sunt, partitur; intellige, si non sequitur
utriusque sit necessitas.

Deducitur 3. Inimicis facilè condonandam esse omnia hinc
sam, quā offenderunt, cū eidem quisque sibi etiam fieri videt q
lit, & ideo Christus in oratione Dominica orare nos voluit: Hoc
rit: *Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus
debitoribus nostris.*

ARTICULUS VI.

De Principiis ad Iustitiae virtutem pertinētibus.

§. I.

DE PRINCIPIIIS JUSTITIAE IN GENERE.

PRINCIPIVM I.

Cuique jus suum trbuendum.

Sensus.

Hoc est, nemo prohibendus est, quod minus fructus p
testate directa, quam habet ad aliquid faciendum, potius q
dum, vel acquirendum ratione & qualitatis servandum, r
ciendae inter se & alios.

Authoritas.

Desumptum est ex Ulpiano in le. 10. ff. de Just. & Jure
ubi definit Justitiam, aitque esse constantem & perpetuam
voluntatem cuique jus suum trbuendi. Item ex S. Theologo
q. 85. a. 1. & Arist. 5. Eth. c. 2. ac communia sensu Theologorum.

Ratio.

Quia nihil æquius est, quæm ut id, quod vel à Natura, legibus, vel communis conventione alicui attributum jure ac pacifice possidere permittatur; alioqui enim sasque déque in Republica & communitate verte-

Praxis.

Hinc deducitur 1. Neminem licite posse per Phyltrum iam fieri illud quodcunque medium rationis usu privari; quia nos volunt Hominis majus ac præstantius Jus competit, quæm in suas actiones.

Deducitur 2. Nec Famam etiam & Honorem alterius afferri posse; cum & hæc duo bona proximum postrem, aliisque Spiritualia Hominis bona locum habeant in tocum illud: *Omnia si perdas, famam servare re-*

Deducitur 3. Nec in corporis quoque ac membrorum, exteriorum bonorum usu Hominem impediendum esse; ne horum Dominium legitimè ipsi competat juxta Naturam, aut Pactorum constitutionem.

PRINCIPIUM II.

Jure suo utens nemini facit injuriam.

Sensus.

Hoc est, qui facit id, ad quod legitimam potestatem, vel accepit, nemini occasionem præbet de injuria illius conquerendi etiam per accidens illi damnum ex alteratione sequatur.

Authoritas.

Desumptum est ex cap. Eccles. de Elect. & communi sensu logorum.

Ratio.

Quia clm injuria dicatur id, quod non jure fit, uti habetur princip. tit. Justit. de injuriis, hoc ipso, quod quis jure sui supponatur, alteri injuriam fecisse, dici non

Hinc deducitur 1. Si Canonici jus habeant alios Canonicos sine consensu Episcopi eligendi, Episcopum deinceps conqueri non posse, si consensum illius non requirant, ut cit. cap. 3 §. 1. cum Eccles. de Elect. deciditur.

Deducitur 2. Si Clerici Capitulares jus obtinuerint numerum aut Cerevisiam vendendi, non posse Caupones auxiliatores de injuria illata queri, licet ex lucro eorum immunito daunum aliquod illis sequatur, quia ad injuriam non referendum, quod quisque jure suo sibi consulat, uti in la. juriam §. 1. ff. de injur. dicitur.

Deducitur 3. Si uxor habens paraphernalium bona administrationem, & usufructum dissipet ea in inicio, invictus Marito, nullam huic injuriam fieri, uti communiter docentur Authores.

PRINCIPIUM III.

Scienti, & consentienti non fit injuria.

Sensus.

Hoc est, quando aliquis potest cedere juri suo, & in eo quo casu agnoscit contra jus suum agi, nec tamen refutetur cum facilè possit, aut etiam expressè consentit, non potest conqueri de injuria sibi illata, nisi leges in speciali modo easu aliud statuant.

Authoritas.

Desumptum est ex lib. 6 Decret. c. ult. reg. 27. eiusdem in ille principium est, quod in le. 145. ff. de reg. Juris habentem apoll. quo dicitur? Nemo videtur fraudare eos, qui scient, & consentiunt. Illudque defendunt S. Thomas. 2. 2. q. 13. ad 2. plures alii apud & cum Barbo. axiom. 126.

Ratio.

Quia qui dicto modo consentit, videtur Jus sumere omnino abjicere, aut certè in alium transferre, ergo obiectum Juris non potest injuriam pati.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Virginem, si sponte consentiat in ob-

non posse à Desfloratore ullam restitutionem permutare communiter docent Theologi, teste Busenb. l.3. tr. 5.

Deducitur 2. Uxorem non posse de injuria expostulare, natus, quem illa sciverat vagum esse, in remotissima loca sedat, quia hoc ipso, quod illi nupsert, censetur in tale consenserit. Ita Laym. l. 5. tr. 10. p. 3. c. 2. n. 3.

Deducitur 3. Eum, qui scivit, alium effodere thesaurum suum ipsius, & non prohibuit, cum facilè posset, non posse queri de injuria, si Inventor totum sibi thesaurum retinet, uti Lugo de Justit. d. 6. n. 114. & multi alii apud Dian.

§ 26. 3. sentiunt.

PRINCIPIVM IV.

Juri suo renuntiare præsumitur, qui juri suo contrarium facit.

Sensus.

Hoc est, qui actum aliquem cum Jure, quod priùs habere poterat, incompossibilem facit, hoc ipso Juri suo, & invenienti renuntiare præsumitur.

Authoritas.

Desumptum est ex cap. in audiencia 25. de sent. excomm. specialia. et Glossa super cap. gratum, 20. de offic. deleg. Item ex le. 30. ff. de Minor.

Ratio.

Quia hoc ipso, quod sciverit, unum actum cum altero incompossibilem esse, censetur ponendo actum contrarium, acquisiti aut acquirendi Juris destrutivam ponere, adēcō dicto juri suo renuntiare voluisse.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eum, qui acceptat secundum beneficium incompossibile cum priori, huic renuntiāsse censeri. uti Mansis tit. 9. n. 2. ex cap. multa 28. de præb. colligit.

Deducitur 2. Clericum, qui uxorem duxit, & vestes Clericis depositus, hoc ipso privilegio Canonis renuntiāsse,

K k 4

Dedu-

Deduceitur 3. Eum, qui à appellatione interposita ad ducendos Testes inducias postulavit, & denum producere & allegationi renuncians, attestations petit solemniter promulgari, etiam ab appellationis jure recessisse videt, in cap. gratum c. definitur.

PRINCIPIVM V.

Vim vi repellere licet,

Sensus.

Hoc est, quando aliquis violenter alium, aut bonum illius invadit, potest sc. aut bona sua cum moderamine ipsius patrum tutelæ defendere.

Authoritas.

Desumptum est ex cap. Si verò. 2. de Sentent. Excom. & communi Theologorum consensu.

Ratio.

Quia hoc ipso, quod is, qui vim patitur, bona sua legem in me possidet, potest ea contra quemcunque in justum invadrem defendere, atque adeò si aliud medium non suppetat, vim vi repellere.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eum, qui scit, alium per falsam accusationem mortem ipsi machinari, posse licet ipsum occidere, uti teste Lugone d. 10. de just. n. 137. communiter docentes. Authores.

Deduceitur 2. Licitum pariter esse opes magni momenti cum occisione alterius tueri, uti Tann. d. 4. q. 8. n. 3. Iacobus Valsq. Malderus & alii apud & cum Lug. d. 10. n. 181. docentes.

Deduceitur 3. Posse aliquem, qui bello injusto aliquem lacerfatur, licet bellum contra Invasorem suscipere, regionem suam tueri, uti omnes Authores facientes, ipsa praxis probat.